





9333

DISSERTATIO  
DE EXHEREDATIONE IN AL-  
LODIIS ET FEVDIS BONA  
MENTE FACTA

1782, 31.

QVAM  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRAESIDE  
D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MERSEB. CAPITVL. CVRIAEC  
IN PROVINCIA SVPREM. ADSESSORE, FACVLT. IVRID.  
SENIORE ET ACADEM. DECEMV.

IN AUDITORIO ICTORVM  
D. I. MART. MDCCCLXXXII.

DEFENDET  
AVCTOR ET RESPONDENS  
CHRISTIAN. GVILIELM. GOTTLIEB HAEVSLER  
EISENBERG. ALTENB.

LIPSIAE  
EX OFFICINA WALTHERIA.



PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

**IOANNI LIB. BAR. A ROTHKIRCH  
ET TRACH**

DYNASTAE SVPERIORIS ET INFERIORIS BEERSDORFI, STEVDE-  
NICII, NEOSORGAE, NOEBDENICII, ROEDAE  
ET VNSCHII, RELIQUA

SERENISSIMI SAXONIAE DVCIS GOTHANI ET AL-  
TENBVRGICI A CONSILIIS SANCTIORIBVS

NEC NON

IN CVRIA, QVAE ALTENBVRGI EST, PROVINCIALI CAN-  
CELLARIO EMINENTISSIMO.

TERPILIASTRI ATOAE EXCELSA ET ALTISSIMA

DOMINI

IOANNI DE VAR. A ROTKIRCH  
ET TRACON

DE MONTEVILLAE ET ALTISSIMA ET EXCELSA ET ALTISSIMA

MONTIS, MONTICULI, MONTAGENSIS, MONTAGUS

ET ALTISSIMA ET EXCELSA ET ALTISSIMA

ALTISSIMA SAXONIAE DUCIS GOTHIKI ET AL-

TENSIARIE ET ALTISSIMA ET EXCELSA ET ALTISSIMA

NEA NOMA

ALTISSIMA ET ALTISSIMA ET ALTISSIMA ET ALTISSIMA

ET ALTISSIMA ET ALTISSIMA ET ALTISSIMA



§. I.

**Q**uin parentes omni qua possunt cura saluti utilitatique natorum prospiciant, illorumque infita naturali erga hos <sup>soyū</sup>, et charitas audit, liberis ad vitam suauius honestiusque tranfigendam consulant, inquiente PAVLO <sup>a)</sup>), haud ambigitur. Nihilominus quoque in propatulo est, parentes non nunquam se de curriculo a natura determinato deflectere, iraque vana imbutos bona a legibus deferenda procreatibus detrahere. Quid acerbius his contingere possit? Meliori exhereditationis rationi locus est, quando soboles parentum amore indignos se reddant.

§. II.

Exhereditatio est *exclusio a legitima in testamento nominatim facta*. A testamento itaque rite formato dependet institutio atque exhereditatio. Exhereditatio autem est vel odiosa vel fauorabilis, prior fit mala mente et in odium eorum, quorum interest, ut instituantur. Parentibus olim ex Leg. XII. Tabb. haud distinctione ob dominium Quiritarium in liberos competens, erant enim illi respectu parentum res, liberos exheredare erat concele-

A 3

fum

<sup>a)</sup> L. 7. D. de bon. damnat. L. 15. D. de inofficie. testam.



sum<sup>b)</sup>. Tempore vero ante Iustinianeo plerumque arbitrio iudicis, sigillatim centumuirorum determinatum<sup>c)</sup>. Nulla causae adscriptio liberos exheredes scribendi requirebatur, ideoque liberi testamentum tanquam inofficium rescindere haud poterant, nisi probarent<sup>d)</sup>, se fuisse gratos. Iustinianus autem male accommodatum habebat saluti reipublicae, tantam rem in arbitrio esse constitutum. Hinc causas exheredationis nominatim in lege concinnauit, quas Nou. 115. exponit.

### § III.

Quaestionem hic mouendam esse videtur, an aliae praethas in lege memoratas causas existant, quae sub illis comprehendiqueunt?<sup>e)</sup> Iustinianus iussit, vt praeter illas in Nou. recensitas, nulla alia ad exheredandos liberos sufficiat, nisi plane eadem sit. Sunt tamen, qui has causas expositas ad quascunque similes vel maiores vel potius in vita ciuili occurrentes, modo parentes afficiant iniuria, extendunt<sup>f)</sup>. De quorum sententia plane alii declinant et ad confirmandam opinionem mentem Iustiniani ita interpretantur, quod non solum causas dignas recensere, sed etiam indignas reicere voluerit<sup>g)</sup>. Distinctionem quandam potius adhibendam censeo, an alia tanquam species sub genere in lege concurrente sit contenta, an non? Priori casu pro iusta causa vtique aestimatur, posteriori nequaquam, licet causa sit maior aut gravior. Nam lex poenalis de casu ad casum extendi nequit<sup>h)</sup>.

### §. IV.

- b) Liv. Lib. I. cap. 34. Cicer. de orat. Lib. I. cap. 38. L. II. D. de lib. et posth.
- c) Val. Max. Lib. VII. cap. 7. Quintil. inst. 4, 7. Plinius Lib. IV. ep. 8.
- d) L. 5. D. de inoffic. test. L. 28. C. de inoff. test. L. 21. §. I. h. t.
- e) Werner P. IV. obs. 149. Berger oecon. Lib. II. Tit. 4. §. 14. Coccej. diss. quae sit genuina resolutio controversie circa causas exheredationis liberorum.
- f) Menoch. de arbit. iud. quaest. L. II. Cent. 3. Caf. 267. n. 6. Huber Prael. Inst. h. t. §. 10. seq. Carpz. P. III. Const. 14. def. 10.
- g) Harprecht ad Inst. h. t.
- h) Mafcard Concl. 714. de probat.

## § IV.

Alter modus exheredes faciendi est fauorabilis, qui sit bona mente et suadente utilitate in fauorem liberorum cum in finem, ut his exheredatis eorumque descendantibus consulatur. Haud iniuria huiusmodi exheredationi leges suffragantur <sup>i)</sup>. Quid<sup>j)</sup> quod CVIACIVS et PAPINIVS nomine hanc non iniuriam, sed potius prouidentiam appellant <sup>k)</sup>. Quam ob rem non solum parentibus, quibus liberi ab intestato succedunt, sed aliis quoque super liberis patria potestate gaudentibus, hoc facere licitum, et si talis exclusio potius e pietate, amore, cura, et prouido consilio fluit <sup>l)</sup>. Vnde colligitur, patri nec non matri atque omnibus ascendentibus <sup>m)</sup> quemlibet, cui legitima competit, exheredare etiam emancipatum, <sup>n)</sup>, integrum esse. Exclusio vero bona mente facta pinguiori praefumtione, mala gaudet. Pater enim semper salubrius consilium in gratiam liberorum inire praestimutur <sup>o)</sup>, ideoque magis magisque solemus testamento tribuere fauorem, quam filio exheredato <sup>p)</sup>. Cum huiusmodi exclusio absque animo vindictam exercendi sit, intuitu quidem causae in testamento exprimendae cum odiosa conuenit, haud vero cum causis ad hanc exheredationem requirendis; nam alias continet lex, tamen duntat exempli causa <sup>q)</sup>. Quid vero, si causa exheredationis in testamento non sit inserta, an hoc effectum fortifiatur? Negantum <sup>r)</sup> sententiae subscribere haud dubito, cum pro illa leges disertis militant verbis d. Nov. non licet praeterire aut exheredes facere, quam etiam

i) L. 18. D. de lib. et posth. L. D. 16. §. 2. de curat. fur. et aliis dando. Leyser Spec. 358. Richter decif. 41. n. 48. et seq. Muller ad Struv. Synt. i. c. §. 37.

k) cf. Meier C. I. A. tit. de lib. et posth. §. 22.

l) L. si furios. 56. §. 2. D. de curat. fur.

m) L. 3. §. 3. D. de usuris. C. I. A. d. tit. §. 24.

n) L. 5. inst. de exhered. liber.

o) L. 22. §. 4. D. ad leg. Inl. de adult.

p) L. 10. D. de inoffic. test. L. 12. §. 2. D. de bonis libert.

q) L. 12. §. 2. D. et 16. de bonis libert.

r) Struv. synt. i. c. Lib. XXVIII. exerc. 32. th. 36. exercit. ro th. 22.



etiam Elect. August. secutus est <sup>a)</sup>). Nec desunt quidem, quibus, contrarium videtur <sup>b)</sup>. Legis <sup>c)</sup> vero ratio, ex qua illi sententiam eliciunt, haud in generali dispositione est quaerenda. Hac in lege nihil aliud sanctum est, dicente Wernhero <sup>x)</sup>: *quam quod exheredatio, quae non notae causa, sed consilio fiat, haud nocere debat.* Absque causae mentione non valet exheredatio, etiamsi ad fauorem filii concernat, licet alii contrarium malunt <sup>y)</sup>. Praeteritio heredum necessariorum extra potestatem testatoris constitutorum olim quidem pro exheredatione habebatur. Ast praeter liberis bonorum possessione contra tabulas succurrit <sup>z)</sup>. Iure nouo praeteritio a patre facta nullitatem, a matre vero querelam inofficiose testamenti inuoluit <sup>a)</sup>. Alias vero in testamento a milite in expeditione bellica condito <sup>b)</sup>.

### § V.

Omnibus omnino bonis, de quibus patri facultas libere teſtandi competit, liberos legitime excludi posse, in aperto est. Quid vero de feudis? Plane aliam feudorum ac allodiorum rationem esse, nemo non intelligit. Proprietas enim vasallo competens vi dominii utilis est limitata <sup>c)</sup>, adeoque ei, vti ei sedet, de rei substantia feudalis disponere haud integrum est. Proprietas partim contemplatione dominii directi, partim intuitu eorum, qui iuris hereditarii in feudo participant, restricta est, ita vt is incon-

<sup>a)</sup> P. IX. const. 9.

<sup>b)</sup> Donell et Hilliger 6 comm. 13, Vinn, 2, sel. quaest, 21. Sichard ad Auth. Non licet, n. 26. C. de lib. præt.

<sup>c)</sup> L. 47. pr. D. de bon. libert.

<sup>x)</sup> Sel. obs. for. P. I. obs. 312.

<sup>y)</sup> Richtershuf p. 6. c. 3. n. 22. Richter p. l. decisi. 41. n. 48.

<sup>z)</sup> §. vlt. inst. de exhered. liber.

<sup>a)</sup> Nov. 115. §. 3. Huber prael. ad inst. Lib. II. Tit. 13, §. 2. seq. dissent. Westenberg in pr. D. p. 721.

<sup>b)</sup> §. 6. inst. de exhered. liber.

<sup>c)</sup> II. F. 8. pr. II. F. 23.

inconsulto domino et absque consensu agnatorum nec feudi conditionem deteriorem reddere nec istud alienare possit <sup>a)</sup>). Ex quo patet, dispositionem vasalli quoque testamento adiectam quoad al- lodialia bene subsistere, haud vero quoad feudalia <sup>c)</sup>). Quod etiam M. OTTO <sup>f)</sup> affirmat, inquit: Und ist solches aus den Lehn- rechten gar leichtlich darzuthun, welche ausdrücklich vermögen, daß testamentariae dispositiones und Versehungen in den Lehngütern nicht statt und platz haben scilicet. Distinguendum esse potius putamus inter feuda hereditaria et ex pacto et prouidentia talia.

### §. VI.

I) Feuda hereditaria, in quibus successio utpote in rebus allodialibus obtinet, dispescuntur in simpliciter vel secundum quid talia, eaque vel mere talia vel mixta sunt. In illis omnis generis heredes etiam foeminae <sup>g)</sup>, tam cognati quam extranei modo ci- vili <sup>h)</sup>, non feudali succedunt, dummodo defuncti heredes sint, nec sufficit, aliquem primi acquirent heredem esse. Vasallo li- bera de feudo mere hereditario ob singularem inuestiturae teno- rem, quo tale feudum ab aliis quoad ipsam substantiam deflectit, facultas competit <sup>i)</sup>. Ideoque filio dispositionem parentis super feudo confectam impugnare et destruere haud fas est. Nam non tantum leges Rom. ad patris factum seruandum pie obligant <sup>k)</sup>, sed ius etiam feudale difteris verbis sancit, quod e. g. feudum hereditarium a patre rite alienatum vel testamento in alium trans- latum

<sup>a)</sup> II. F. 8. II. F. 55. §. II.

<sup>c)</sup> Struv. synt. i. f. Cap. IX. aph. 12. n. 10.

<sup>f)</sup> Relat. pag. 395.

<sup>g)</sup> Struv. resp. p. 54. n. 6. Wernher P. II. obs. 490. Struv. i. f. Cap. IV. aph. 12. n. 1. cod. aph. 13. n. 5.

<sup>h)</sup> Strik i. f. c. 4. § 13. n. 3. Schilter ad Struv. i. f. p. 31.

<sup>i)</sup> Gail. 2. obs. 154. Richter d. 25. n. II.

<sup>k)</sup> L. ex qua persona 149 D.

latum reuocari nequeat<sup>1)</sup>. Vnde fluit, patrem intuitu libere disponendi facultatis, qua pollet in huiusmodi feudis, filium non ex causis solum in Nov. recensitis, sed quoque ex aliis ad eius favorem spectantibus exheredare posse. Ex quibus enim causis filius priuatur successione intestata allodiali, ex iisdem etiam privandus est feudali. Indoles feudi hereditaria eruitur ex contentis inuestiturae e. g. zur rechten Erbgut sc. als ihr Erb und Eigenthum zu gebähren, veran ihres Gefallens zu disponiren<sup>2)</sup>. Quae feuda, cum a communi feudorum natura abhorrent et tantummodo merito contrahentium arbitrio nituntur, haud praesumuntur, donec eorum qualitas legitime probetur<sup>3)</sup>. Ex quo liquet, feuda imp. non hereditaria esse<sup>4)</sup>. Quamquam huiusmodi feuda, quoad liberam disponendi potestatem inter viuos et mortis causa cum allodiis quodammodo conspirant, nihilominus adhuc plures inter illa supersunt differentiae<sup>5)</sup>, ad quas sigillatim refertur, legitimatos ad successionem in feudo non admitti, sed tamdiu verba iuris Long. 9) applicanda censeo, donec leges singulares aliud ferant<sup>6)</sup>. Sunt quidem, qui ob Const. Sax. inedit. XIV. aliud sedeant; sed, an haec const. regulam generalem contineat? adhuc nonnullum dubium mouet.

#### §. VII.

Secundi generis feuda hereditaria scilicet secundum quid talia s. mixta sunt, in quibus duntaxat modi ciuiles succedendi ut in

1) Etsi clientulus I. F. 13. M. Otton. relat. p. 406. et 8.

2) Cuiusmodi paetia adicebat Schilter in obs. ad Struv. i. f. p. 83. 84. Püttmann. c. i. f. §. 122. not. b.

3) Wernher P. II. obs. 490.

4) Moferi tract. v. d. T. L. V. p. 20. et 209. De Cramer in den Wehl. Beitr. P. III. p. 140.

5) cf. C. F. Hommel. Rhaps. obs. 272.

6) II. F. 26. §. 10.

7) Quod laudanter exposuit C. F. Schorcht. Von der Unfähigkeit der Mantelkinder zur Lehnsfolge.

◆◆◆◆◆

11

in re allodialibus obseruantur, ita ut e. g. cognati tantum exclusis extraneis aut soli masculi haud admisisi foemini ad ea vocentur <sup>9)</sup>. Ideoque vasallo intra limites potestati suae concessas de feudo ex animi sui sententia statuere licitum est, nec ei impedit, quominus filium iusta ex causa vel bona mente ab hereditate excludere possit. Si vero vasallus plus, quam ei inuestituree pacta aut litterae morisue concedunt, sibi arroget, et e. g. feendum ad extraneum vel foeminam transferret; id non nisi consentiente domino fieri potest. Quod BALDVUS, MANTICA, MENOCHVS, VVLTEIVS<sup>1)</sup> aliique statuunt. In aliis autem omnibus eiusdem feudum propriam retinet naturam atque indolem. Voluntatem defuncti heredes ut alii seruare obstricti sunt, nec iis feendum sine allodio retinere integrum est, secus se res habet iure Sax., si agnati iure proprio vi primae inuestiture in feudo hereditario succedunt. Consensus adeo domini dispositioni vasalli adiectus ad eius validatem sustinendam haud sufficit. Vasallus enim iis, quorum interest etiam consulo domino praeiudicium inferre nequit <sup>2)</sup>). Caeterum vero intra fines inuestitura positos ille libera disponendi facultate gaudet. Nec tamen desunt, e. g. SPECULATOR <sup>3)</sup> et I. ANDRAE, qui, consensum domini ad tale factum a vasallo suscepimus requirendum, sentiant, licet clausula heredibus et quibus dederit s. potestas alienandi in tenore inuestituree comprehensa sit. At eorum assertum communi DD. calamo <sup>4)</sup> eo restrictum est, cum vasallo nec expresso pacto nec adscripta clausula, quibus deridet, luceat. In domini honorem et confirmationem consensus prioris inuestituree inditi concessit WESEMBERG <sup>5)</sup>). Successionem foeminarum eiusmodi feuda regulariter respnuunt <sup>6)</sup>, licet

B 2

verba

s) cf. H. Cocceij de feudo hereditario mixto.

t) L. i. de feud. c. 9. n. 157.

u) Carpz. P. II. c. 47. def. vlt. Pistor. obs. 41.

w) Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua vers. 94.

y) Doctores in cap. vn. de feud. non hab. propr. nat.

z) Conf. 318. n. 11, 15.

a) II. F. 36. Wesenb. def. c. 6. n. 22. Menoch conf. 148; n. 5. Carpz. decisi 170.



verba *pro se et heredibus suis vniuersis* mens inuestiturae complectatur <sup>b)</sup>. Nam I C T I sub adductis verbis foeminas tamdiu excludunt, ac masculi extant <sup>c)</sup>; cum eorum pacta stricte essent interpretanda <sup>d)</sup>, nisi diserte earum mentio facta vel verba nullis exceptis inserta sint <sup>e)</sup>. Tunc feudum non modo ratione successio-nis, sed etiam personarum erit hereditarium. Quod tamen cum feudo foemineo non confundendum est. In illo enim foemina beneficio possessoris defuncti et titulo vniuersali, in hoc autem pa-cllo acquirentis succedit <sup>f)</sup>. Feudi mixti existentia per textum II. Feud. 104. probari potest. Eadem qualitate Herbipoli feuda sunt hereditaria, quae Johannis-Lehn audiunt <sup>g)</sup>, Aliud tamen CARP-ZOVIVS <sup>h)</sup> cum SCHVLZIO <sup>i)</sup> sedet et rationes ex ARVMAEO etc. deducentes sic deinceps BROCARDICO nituntur: a potiori fit denominatio. Ergo feudum a mare et foemina acquisitum est masculinum; sed id ex eo haud sequitur. Illa vero regula ita intelligenda est, si species media est referenda ad alterum extrellum, tunc potius ad se alterum deuoluit, ita de Hermaphrodito, vt interea Hermaphroditu natura, licet hodie eius existentia dubitatur, in thesi maneat intermedia et mixta.

### §. VIII.

II) Feuda ex pacto et prouidentia maiorum sunt, in quibus quis solum modo feudali, non ut heres defuncti, sed ratione sanguinis.

b) Wernher P. II. obs. 406. Berger P. I. resp. 122. n. 1. Barth. Cent. 4. diss. 312.

c) Struv. i. f. C. IX. aph. 8. n. 12. Carpz. P. III. Const. 28. def. 15.

d) Wernher P. I. obs. 220.

e) Schilte ad Struv. i. f. p. 153. Strik de success. in feud. masc. et foem. concess. Püttmann e. i. f. §. 122. not. b.

f) Sigelii progr. de differentia inter feuda hered. in foeminas transitor et foem. Lipl. 1754.

g) Vid. Select. Norimb. P. I. c. 2.

h) C. 3. n. 47.

i) D. feud. th. 4.

ſanguinis et quidem primi acquirentis succedit.<sup>a)</sup> Alii familiare  
feudum it. gentile domesticum vocant. Mortuo vasallo benefici-  
cium liberis cedit, vt ipse IVSTINIANVS dixit: <sup>b)</sup> Si quis iace-  
flatus moriatur prima cauſa eſt in ſucceſſione liberorum. Fallit ta-  
men haec regula praescripta in feudiſ aduocatiae, geſtaldæ, ha-  
bitationis, de camera, de cauenia, quea certae perſonae fide di-  
gnac a domino tanquam beneficium tribuuntur <sup>c)</sup>. Appellatione  
liberorum autem non nepotes ſolum, prōnepotes, ſed omnes  
quoque deſcendenteſ comprehendi, nemo non intelligit <sup>m)</sup>). Trans-  
miſſio feudi ad liberos masculos legitimos ſolet fieri <sup>d)</sup>, quod in  
mente inueſtiturae Chelthe Leiblhnſ Erben, nec non vox Erben  
explicatur de herede feudalī. Fоeminiſ igitur ad feudum adſpi-  
rare vel illud alia natura imbuere, non licet. Quid? quod feu-  
dum a vera eſſentia atque indole et natura haud declinare ſemper  
praeſumendum eſt, quod etiam ex iure feud. liquet <sup>e)</sup>, mihi pacta  
moresue aliud ſuggerant. Vasallus inter viuos ſtatueri vel exhe-  
redes ſcribendi ob ius quaefitum, quod filii ex prima inueſtitura  
trahunt, prohibetur <sup>f)</sup>. Praecipue vero quod id attinet, circa  
feudum ex pacto et prouidentia diſtinguendum cenſemus inter  
feudum nouum et antiquum.

## §. IX.

Feudum nouum non modo feudum noue acquisitum a primo  
acquirente et adhuc poffeffum, ſed feudum quoque antiquum  
indole

B 3

k) §. 2. iſt. de her. qualit. et differ.

l) II. F. 11. cf. I. L. Vhlī diss. de feudo ad heredes non tranſeunte;

m) cf. C. F. Walch de ſucceſſione descend. feud. Ien. 1770.

n) II. F. 31. I. F. 14. §. I.

o) I. F. 13, I. II. F. 3, 4. Schilter ad Struv. i. f. p. 120.

p) cf. I. L. Boehmer de filio vasallo ſuccelfore in feudo p. 16, seq. M. Otto, relat.  
p. 396.

indole et iure nouorum indutum denotat. Quae metamorphosis contingere potest. 1) In feudis antiquis antea amissis, quae per nouam inuestitaram redintegrantur, ita ut recens acquisita etiam eorum iure tantur. Vetus enim titulus, qui per transmissionem semel fines teteget, novo interueniente haud continuatur. Distinguendum tamen, an vasallus feloniae reus accedente sententia feudo priuetur et dominus ei feudum restituat nouum, vel non scilicet ut vasallus feudum felonie amissum retineat et dominus illi simpliciter i. e. per renovationem inuestiturae ante sententiam latam remittat? illo casu feudorum transit in nouum, hoc vero nequaquam, sed qualitate antiqui adhuc pollet. 2) Si filius hereditate patris abstiens a domino, agnatorum consensu adhibito, de feudo novo inuestitur <sup>¶</sup>). Filius facta successionis renunciatione pro herede patri non habetur, ideoque feudo novo adepto eius personam haud repraesentat. Agnatos vero simultanei inuestitos ob consensum praestitum in feudum nouum nuisse successionemque feudalem respuisse, censetur <sup>¶</sup>). In feudis enim nouis etiam apud nos vasallo simultaneus inuestitus nec obtrudi potest <sup>¶</sup>). Quamquam alii ex C. I. de eo, qui finem fec. agn. II. F. 49. contrariam sententiam eruere malint, nisi agnati in feudum nouum expresse consentiant. At lex non obstat, alios renunciatio successionis aliasque refutatio feudi effectus fortitur. Consilii est, ut agnati per legem inuestiturae sibi consulant <sup>¶</sup>); tunc feudum intuitu filii naturae noui, ratione vero agnatorum antiqui particeps erit. 3) Quando quis feudum antiquum alienat, postea vero redimat, quo facto natura feudi antiqui imbuitur qualitate noui. Ex his constat, feudum nouum etiam iure fax. solum de scendentibus deferendum esse <sup>¶</sup>); ideoque primus feudi acqui-  
rens

<sup>¶</sup>) II. F. 45. in fin. §. 34.

r) Struv. i. f. Cap. III. aph. I. §. I. Schilt. ad Struv. p. 20. n. 5.

s) Edict. Torgau. tit. welcher gestalt die Agnaten §. jedoch.

t) II. F. 12. Struv. i. f. C. III. aph. I. n. 5.

v) Struv. i. f. C. IX. aph. 15. n. 1.

rens inconsulto domino in praeiudicium descendantium disponere potest, nisi inuestitura expresse de agnatis loquatur. Alias se res habet, si filius ab allodio exclusus sit, tamen ille successione feudali fruitur; sin vero quoque a feudo, tunc non nisi consente domino, arceatur <sup>a)</sup>). Testamentum enim a vasallo conditum, quoad allodia bona, haud vero quoad feudalia valitatem exserit <sup>b)</sup>). Eiusmodi feudum ad alium etiam confensu domini, si inuestitura de agnatis disponit, his inuitis translatum, naturam feudi antiqui intuitu horum non exuit, sed tantummodo contemplatione pacifcentium <sup>c)</sup>).

#### §. X.

Feudum antiquum est, quod a primo acquirente mediante successione in aliquem delatum est <sup>d)</sup>), dein etiam feudum novum, cui dominus ius et naturam veteris adiecit, antiquum dicitur <sup>b</sup>). Licet agnati a primo acquirente genus non ducant, vi tamen paci additi indolisque inuestiture collaterales instar maiorum iure succedendi gaudent. Feudum sua natura antiquum ad quoscumque primi acquirentis posteros successione transferri potest, modo illi inhabilitatis immunes sint. Succedunt ii primo acquirenti, et si possessionem vasalli mortui obtinent, neque tamen eius locum modo vniuersali intrant, sed potius singulari i. e. beneficio primi acquirentis; Ideoque defuncti dispositionem servare haud obstricti sunt <sup>e)</sup>. Fallit tamen haec regula in Sax. <sup>f)</sup>, vbi

<sup>x)</sup> Rosenthal c. 7. concl. 10. Carpz. resp. 5. §. 24.

<sup>y)</sup> Berlich P. I. dec. 49.

<sup>z)</sup> Struv. i. f. C. III. aph. 4. n. 3.

<sup>a)</sup> cf. I. W. Bauer diss. de feudo novo atque vetere Lips. 1771.

<sup>b)</sup> II. F. 18, 12, cf. C. Th. Boehmer de feudis antiquis iur. nov. et nov. inter antiquor prædictis.

<sup>c)</sup> Richter p. m. dec. 79. n. 62.

<sup>d)</sup> Decis. nouiss. 68.

vbi non liberi solum, sed agnati quoque, tamen non nisi simul heredes allodiales, obligati sunt. Feudum ex pacto antiquum, et si cum illo maximam partem conuenit, tamen notanda est differentia, quod vasallus domino congruente super hoc feudo ex pacto statuere et liberos exheredare queat. Nec vero nuda filii exclusio ab allodio sufficit, ut illi etiam successio in feudo denegata sit, nisi consentiente domino <sup>e)</sup>. Huiusmodi existentia fendi e voluntate domini vasallique originem trahit. Quam ab rem patetum ab his initium consensu quoque eorum destrui potest et simul spes agnatorum in feudo succedendi expirat <sup>f)</sup>, ad quos, si contrahentes in voluntate persistenterint, ius quae situm deuolutum sit. Secus vero in feudo ex natura sua antiquum, de quo non vlla disponendi facultas in praeiudicium liberorum <sup>g)</sup>, nisi illi simul in allodia succedant, etiam si dominus consensum praebuerit <sup>h)</sup>, vasallo competit. Vni vero ex filiis feudum assignandi ius, salua tamen reliquis liberis legitima, vasallo haud ademittum est, quae iis ex aestimatione feudi atque allodii coniunctim, ita ut feendum maternum in legitimam non sit computandum <sup>i)</sup>, debetur. Ita etiam WERNHERVS <sup>k)</sup> mentem Ordin. Torg. de anno 1583. §. welcher gestat die Agnaten vers. dieveil aber doch ic. accipit. Cuius sententiae STRUVIVS <sup>l)</sup> et ROSENTHAL <sup>m)</sup> accedit. Sunt vero, qui e diametro sentiunt, ita ut ceteri ne liberi quidem facto patris conuenire possint <sup>n)</sup>. Alias vero, si liberi ab integra hereditate exclusi essent;

quod

e) Struv. i. f. Cap. IX. aph. 12. n. 8.

f) Struv. i. f. Cap. III. aph. 3. n. 2.

g) I. F. 3.

h) II. F. 39.

i) Hommel Rhaps. obsf. 686.

k) P. II. obsf. 451.

l) I. f. Cap. XIII. aph. 16. n. 5.

m) C. VII. c. 13. etc.

n) Carpz. P. III. c. 48. d. 9. in fin. Berger p. 1542.

quod patri ne ingratum quidem liberorum arcere fas est <sup>c)</sup>). Nam eiusmodi potestas iure dominii directi aequae ac agnatorum a multis inuestitorum limitata est. Quod etiam locum facit, si Vasallus Imp. in extraneum transferre velit feudum, nisi ei haec potestas aut priuilegio aut alio quoconque more legitimo concessa sit <sup>d)</sup>). Et si vero vasallus iure feudum alienandi gaudeat, id tamen vim testandi non complebitur. Cui quoque ius fax. ob ius vasallus Lusatiae inter viuos statuendi competens, exceptis paucis casibus, suffragatur <sup>e)</sup>). Natura huius feudi reliquis semper praevaleat <sup>f)</sup>; quippe quoque in quibus foemini non vñquam spes succedendi viget, sed tantummodo masculis <sup>g)</sup>.

§. XI. Tom. I. f. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

De feudis quorum dispositio a domino simultaneue inuestitis dependet, vasallo his consentientibus statuere liberum, haud dubitatur. Ex quibus adhuc monitis sigillatum emergit quaestio, an exheredatus ius retrahendi omittat? Distinguendum esse censeo, an filius omnibus requisitis adhibitis legitime a feudo exclusus sit vel non? Nec quidem desunt, qui de priori casu disceptant <sup>h)</sup>, sed ex eo res luculenter appetit, si videamus, an filius ex contractu patris retrahere cupiat, delata iam hereditate? vbi nequaquam permisum est etiam iure fax. <sup>i)</sup>, secus autem iure germanico

<sup>o)</sup> Strik de success. ab intest. diss. 12. C. 5. n. 6. Struv. i. f. C. IX. aph. 12. n. 8. cf. C. H. Horn de testamentar. patr. circa feud. disposit. Dissent. Bauer in diss. de vasallo exheredante §. 9. et 21.

<sup>p)</sup> Exempla exposita vid. Lumigi C. I. F. T. I. p. 1086. et Tom. II. p. 143. seq.

<sup>q)</sup> Ord. feud. Lufat. (Tom. III. Cod. Aug. p. 357.)

<sup>r)</sup> Struv. i. f. Cap. XVI. aph. 12. Schilter ad Struv. p. 87.

<sup>s)</sup> I. F. 8. §. 2. Büttmann c. i. f. §. 100.

<sup>t)</sup> Zafius de Retr. n. 55. Richter dec. 76. n. 22.

<sup>u)</sup> Edict. Torgan.



manico antiquo, nec non adhuc nonnullis locis <sup>a)</sup> , an iure proprio retrahere velit? utpote feudum a patruo venditum a patre vero praeteritum, quod ei facere utique est integrum <sup>b)</sup> . Secundo casu, quippe filius ne consensu quidem domini a feudo arceri queat, cum feudum non tam patris curae ac operaet quam potius pacto primi acquirentis deferendum est <sup>c)</sup> , quorum ius quae situm exheredatione extinqui nequit <sup>d)</sup> , ideoque iure reuocandi liberi non possunt non experiri <sup>e)</sup> .

<sup>a)</sup> Carpz. d. c. 48. def. 11. et 6. resp. 116. n. 1.

<sup>b)</sup> Strik ab intest. VI, 4 66. seq.

<sup>c)</sup> II. F. 23.

<sup>d)</sup> L. 6. D. vnd. legit. L. 1. §. 10. D. de suis et legit.

<sup>e)</sup> Reinhard de exheredat, filii in feudo ex pacto et prouidentia hand efficaci. Vit.








1078

ULB Halle  
005 361 494

3







9333  
1782, 31.

DISSERTATIO

DE EXHEREDATIONE IN AL-  
LODIIS ET FEVDIS BONA  
MENTE FACTA

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MERSEB. CAPITVL. CVRIAЕ

IN PROVINCIA SVPREM. ADSESSORE, FACVLT. IVRID.

SENIORE ET ACADEM. DECEMV.

IN AUDITORIO ICTORVM

D. I. MART. MDCCCLXXXII.

DEFENDET

A V C T O R E T R E S P O N D E N S

CHRISTIAN. GVILJELM. GOTTLIEB HAEVSLER

EISENBERG. ALTENB.

L I P S I A E

EX OFFICINA WALTHERIA.

